

LOCCENIUS, JOHANNES

Joannis Loccenii Carmen in luctuosum
damnum et interitum navis abiturientis
in Hispaniam, . . . Accidit Hamburgi in
Albi prope riovam molam d.2. julij
1622.

[1622]

EOD - Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 12 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
 - Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
 - *Sök*:* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
 - *Klipp & klistra*:* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).
- *Ej tillgängligt i varje e-bok.

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkor för användning: <https://books2ebooks.eu/csp/sv/nls/sv/agb.html>


Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 40 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Sök böcker tillgängliga för den här tjänsten: <https://search.books2ebooks.eu>
Mer information finns tillgängliga via <https://books2ebooks.eu> boken.

F 1700
2509



F 1770 So found.
Fin 1700
2509 det. Mylat
o



367

JOANNIS LOCCENII *Holsati*

Carmen

IN LUCTUOSVM
DAMNUM ET INTERI-

TUM NAVIS AB ORIENTIS IN HISPANIAM, & quinquaginta ferme hominum in Navi, ortum ex tormento, quod nimia vi dislosionis toties iterata ruptum dissiliit & late stragem dedit, adeoq; homines cum superiore navi sublimè elatos vehementia pulveris tormentarij secum tracti omnes perdidit, & miserâ morte multavit, foedè dilaceratis & disjectis passim membris.


ACCIDIT HAMBURGI IN ALBI
propè Novam Molam.

D. 2. Julij A. C. M. DC. XXII.



Rostochij excusum Typis

MAURITII SAXONIS.



3627.



Clarissimo Viro

DN. JOACHIMO MORSIO,
PATRICIO HAMBURGENSE, PHI-
lologo & Philosopho eximio,
amico singulari.



Clarissime Dn. MORSIO, pro duobus
MSis Philippi Galteri transmissis gratiam
tibi scio maximam, majorem sciturus, si
vel *MSi Curtij*, vel saltem *Glareani editio-*
nis mihi copiam facere possis. Nam hæc
duo unicè desidero, nec possum sanè prius progredi
ad editionem, quam valdè urgent amici, quàm vide-
rim *MSum* aliquod, vel certè *Glareani notas*, quas si
non inspexerim, & fortè aliquid notarim in meis, quod
& *Glareanus* habeat, vereor ne redeprehensa, plumas
indè sumptas clamet vulgus, atq; ita ego moveam cor-
nicularisum. Cum tamen (testem DEUM & Con-
scientiam meam habeo) nunquam alieni quid in *ani-*
ar-
mum, nisi bona fide, & ingenua confessione per quos
profecerim. Sed næ ego stultus, qui me tibi pur-
gem, quasi jam verfer in præloquio. Hoc saltem vo-
lui, magno mihi usui fore *Glareanum*, si tua opera
impetrare possim. Puto alicubi delitescere in Bi-
bliothecâ Professoris vel Bibliopolæ, quæso amicis-
sime Dn. MORSIO in mei gratiam inquire, & ego
quidvis tibi debebo. *Epistolarum illarum*, quas Ty-
pographo transmisisti, editionem serio mihi curæ
habebo,

habebo, & quando ita vis correcturæ etiam præ-
ero.

*Mitto inclusum Carmen in nupcrum casum tra-
gicum tot hominum hic in Navi & cum Navi pereuntium,
quod privato studio feci, quod licet eruditis tuis oculis dignum
non sit, tamen mitto, quando meas esse aliquid nugas putare so-
les. Salve & me ama Raptim ut vides. Hamburg.
a. d. 8. Julij M. DC. XXII.*

MS^{is} Galtheris cum satis usi fuerimus, fartos te-
ctos remitemus cum gratiarum actione, quas & nunc
referes meo nomine, excellentissimo & politissimo
GEORGIO BUSSIO, pro studio etiam iuvandi
nostra studia, & salutem addes officiosissimam.
Salve iterum.

Tuus ex animo.

JOHANNES LOCCENIUS.



Aij

Cum



In mea mens herens casus in imagine tota
Horreat, heu casus! quem vidit proximus
(Albis,
Verbaq; nō dentur mihi tanto digna dolore,
(Quem qui se nōrunt mortales tangere fas est,
Non tantum sanctis quos junxit sanguinis ordo)
Eloquar an Silcam? sed non licet hic mihi muto
Esse, meo luctum quin tester carmine privum,
Carmine quod meritō pro re sumsisse cothurnum,
Debit, at consuetus humi mihi repere versus.


Ergo rotā jam præcipiti deflectere Phœbus
Cæpit in Oceanum, cum convenit agmine mixto
Ex Urbe ad festas epulas hinc turba virorum
Illinc uxorum, juvenum, gentisq; minute,
Seq; infert Navi patrio quæ forte sedebat
In portu, cursum meditans, ni fata morentur,
Hesperiam in terram. Navis jam perdere quos vult,
Excipit en crebro tormenti fulmine misso;
Lætitiæ dator en circumfert navita vinum,
Inq; vicem bibitur, ad pocula singula voce
Horrisonā cava mox respondere æra jubentur,
Sed toties donec penitus faux rampitur uni.
Nec mora, disiliens vitormentum obvia quæq;
Secum aufert, homines subitō sublimē feruntur
Non secus ac si sint vento vel præpete penna,
Evecti. nam sulphureus sic pulvis adegit,
In partesq; abiens compage carina solutā.
O quas tunc voces, quæ lamenta audiit æther!
Cum stecit antè oculos mortis non simplicis (heu)
Materies, quæ mox turbam grassata per omnem

Tam

Tam fœdam latè sfragem dedit, ut reliquum nil
Fecerit ex illis præter confusa cruore,
Corpora, sublato noti discrimine vultus,
In morem Penihæi laceros, sine nomine truncos
Semefos artus, disiecta cadavera passim.

Heu! tantumne audeat fati vis? mergit eodem
Funere virgineum florem juvenesq; maritosq;!
Una dies solvit tot sanctæ vincula rædæ,
Unus tot castos ignis heu dividit ignis!
Nec satiata tamen rabies hæc sævior ignis
Sulphurei casu juvenum, matrumve patrumve,
Quin pergat parvam sobolem involvisse ruina,
Heu simili! quam nonnè rudis defenderet ætas?
Sed si quando semel divina efferbuit ira,
Non seris annis tenero non parcitur ævo.

Nunc id quod superest, si quid superest tamè horum,
Nec pars esca jacet pisci, pars pulvere parvo
Consperfa est temere, pars casu perdita tota;
Sedula ad extremum (si fors) conquirat honorem
Funeris, & partem solati cura parentum,
Id credit, quasi sit grandis jactura sepulchri.
Refert an benè sit parti quæ funeris expers,
(Quod pietas sperare jubet) non si malè membris,
Sed tua, quod tantæ numen subtraxit amicum
Te tempestati, meriti ne pondera jacta,
Quin eadem aut gravior multò te, crede, manebit,
Ni subeat citò te meliori reddere vita.
Exemplum quoq; sit, quod cuncta Deo undiq; nostras
In pœnas pateant, iram si forte laceffant.
Ultricem scelerum tot nomina; si quoq; culpam
Pœna tuam interdum sequitur, ne ringere, præstat
Hic castigari vitam leviore flagello,
Quam post æternis Stygio subgurgite flammis.



AD

Amicissimum suum

IOACHIMVM MORSIUM



Vnquam crediderim, quam qui mihi iun-
xit amico
fœdere te MORSI, purius ipse
dici.


O similes nobis soles volvenda referret
Ætas! sed vota hæc ambitiosa nimis.
Nam quis talem ausit sortem sperare secundum,
Dona dies non hæc obvia quæq; feret:
Nec DI conspèrunt merces vulgare beatas,
At majus pretium rarior usus habet.
Et meritò. quid enim, qui vulgo fertur, amico
tritius? haud ulla est fabula nota magis.
Sed non exposita est adeo res, nomen amici
Eximij si quid præter inane geras;


Quem


Quem ingenij dotes, Et qua mihi sanctior illis
Commendet fidei fama secunda bona.
Talem te MORSI fueram cum expertus ad un-
Testari charta hac indice jussit amor. (quem,


Johannes Loccenius.











www.books2ebooks.eu